UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas VI. De subjectione Regularium in celebratione missarum, processionibus, & Verbi Dei prædicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

# DECAS VI.

## De ſubjectione Regularium in bratione Miſſarum, proceſſion verbi DEI prædicatione.

## Caput I.

## *S. C. Tridentini Decret obſervandis in celebration miſſæ.

*DEcernit ſancta Synodus, naris locorum Epiſcopi prohibere, atque è medio tolle curent, ac teneantur; quæ vel idolorum Servitus; vel irreveren ab impietate vix ſejuncta eſſe p ſuperſtitio, vera pietatis falſa im induxit. Atque ut multa pauc prehendantur, in primis, quod ritiam pertinet, cujusvis generi dum conditiones, pacta, & quid Miſſis novis celebrandis datur;

importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones potiùs, quàm poſtulationes, aliaq; hujusmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreverentia vitetur, ſingulis in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut Sacris intereſſe permittant; néve patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam & ad divinum tantùm cultum dedicata oratoria, ab eiſdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſæcularibus, aut regularibus quibuscunque peragi; ac niſi priùs, qui interſint, decenter compoſito corporis habitu, declaraverint ſe mente etiam, ac devoto cordis affectu, non ſolùm corpore, adeſſe. Ab Eccleſiis verò muſicas eas, ubi ſive organo, ſive cantu laſcivum, aut impurum aliquid miſcetur, item ſeculares omnes actiones, vana,



GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*atque adeo profana colloquia, du*
*lationes, ſtrepitus, clamores arcea*
*domus Dei verè domus orationi*
*deatur, ac dici poſſit. Poſtremò*
*perſtitioni locus aliquis detur, edi*
*pœnis propoſitis caveant, ne Sa*
*aliis, quam debitis horis celebre*
*ritus alios, aut alias cæremonias,*
*ces in Miſſarum celebratione ad*
*præter eas, quæ ab Eccleſia prob*
*frequenti, & laudabili uſu rece*
*rint. Quarundam verò Miſſar*
*candelarum certum numerum,*
*gis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à*
*ligione, inventus eſt, omnino ab*
*removeant: doceantq́ populum*
*& à quo potiſſimùm proveniat*
*mi hujus ſacrificii tam pretioſus*
*ſtis fructus. Moneant etiam eun*
*pulum, ut frequenter ad ſuas par*
*ſaltem diebus Dominicis, & ma*
*feſtis, accedant. Hæc igitur omn*
*ſummatim enumerata ſunt, omn*
*eorum Ordinariis ita proponun*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*non ſolùm ea ipſa, ſed quæcunque alia huc pertinere viſa fuerint; ipſi pro data ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam velut delegati ſedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant; atque ad ea inviolatè ſervanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant; non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuscunque.*

## Caput II.
## De Capellis Monachorum.

203. *Origo Capellarum Monachorum.*

204. *Monachi Clericum in Capellis Epiſcopo præſentare debuerunt.*

205. *Vbi cura animarum incumbit ipſimet Monaſterio, hodiedum Eccleſiaſticus eſt præſentandus, ac præficiendus.*

206. *Religioſi non facilè, nec niſi cum certis conditionibus admittendi ſunt ad regimen Parochiarum.*

207. *Regulares, quibus ubicunque cura animarum de populo incumbit, ſubjacent eatenus authoritati Epiſcopali.*



GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

203. Cùm olim Monachi ob inc
citatem adminiſtrandi Sa
menta fidelibus, vel eos in propriis E
cleſiis ad ſepulturam admittendi, d
mas ac alios Eccleſiarum fructus
poſſent percipere: non ſolùm Epi
ſæpiùs, in everſionem Eccleſiæ pro
conſtruxerunt atque dotârunt co
res Monachorum Conventus, ad
illis c. *Bonæ rei*. 75. XII. q. 2. quand
prohibitum fuerit, ex rebus Ecc
rum, quibus præſidebant, non am
quàm quinquageſimam partem i
modi fundationes impendere;
etiam Parochi, non deſiderato E
porum conſenſu, ex nimia devo
decimas unà cum cæteris emolum
ad dies vitæ ceſſêre conventibus,
gatione altaribus ſerviendi retent
quorum mortem deficiente in M
chis jure retinendi easdem Ecc
cum obventionibus ſupradictis, p
tas redemptionis Altarium intro
nonnullibi fuit, ut nimirum Mo
d

deinceps easdem Eccleſias, à nobiliori parte *Altaria* dictas, ab Epiſcopo tanquam ſupremo omnium ſuæ Diœceſis Eccleſiarum Antiſtite, redimerent, conſtituto ipſi annuo pecuniæ cenſu, pro inſtitutione Vicarii ſeu Capellani quem & Perſonam vocabant, utpote ſuſtinentem perſonam Eccleſiæ: in quem morem perverſum multis invehuntur Gregorius VII. Ivo Carnotenſis, Joannes Saresbarienſis &c.

204. Quamvìs autem redemptio Eccleſiarum ſanctionibus Pontificiis, & Conciliaribus Decretis omnino ſublata fuerit: tenebantur tamē Monachi in talibus Eccleſiis præſentare Epiſcopo Clericos celebraturos ibidem pro Populo Divina officia. *c. congregato.* 1. X. *de capell. Monach* donec lapſu temporis ipſimet Monachi ad publicè celebrandas in ſuis monaſteriis miſſas à ſummis Pontificibus & Epiſcopis admiſſi fuerunt, in iis ſolummodo locis relicto iisdem onere præſentandi Epiſcopo Clericum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in quibus extra monaſterium jus p
natûs obtinebant c. *ſicut nobis. 2.*
*ſupple. negl. Pral.*

205. De cura animarum ipſimet
naſter o incumbente quæſtio e
reſt, *an ea committi poſſit hodie M*
*cho Clauſtrali?* quæ negativè reſ
c. *un. de Capell. Monach.* in 6. ubi
DD. ne ſcil. inter illos de Congre
ne notetur diverſitas, & regular
ventes habeant occaſionem vagan
cumeundo Parochiam: putatq
gnanus magis indecens eſſe, ut p
gulos dies exeat è monaſterio; u
meat Parochiam Monachus, q
ſemel tantùm eximatur à Clauſtr
rochiæque ſæculari præficiatur
*cùm ad Monaſterium.* 6. ſubi ult.
*de ſtatu Monachor.* atque tantò m
cùm Monachus ad curam exerce
nunquam debeat exire ſinè ſocio
dinis c. *Monachi 2.* c. *Quod DEI*
*rem.* 5 ⁙. *de ſtatu Monach.* ac pro
mutatis pro varietate temporum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uni poſt alterum occaſionem facere poſſit vagandi extra clauſuram, & domos mulierum viſitandi, non absque gravi periculo relaxandi rigorem monaſticæ diſciplinæ.

206. Nec favor curæ, ùt optimè monet idem Fagnanus, hìc debet attendi, cùm æquè bene, imò congruentiùs illi per Eccleſiaſticum Presbyterum ſatisfieri poſſit, quàm per Regularem etiam vitæ mixtæ addictum: quò reſpiciens Congregatio Lateranenſis Canonicorum Regularium ſub inſtaurationis ſuæ principium, Parochiis regendis cenſuit eſſe renuntiandum: hodieque non niſi urgente neceſſitate Eccleſiæ Parochialis ob Eccleſiaſticorum penuriam, vel ſummâ ejusdem utilitate, diſpenſatur cum Regularibus etiam vitam mixtam profeſſis, ut animarum curæ præficiantur, adjuncto ſingulis ejusmodi Parochis individuo ejusdem ordinis ſocio, & eâ ſolùm conditione, ut deducto victu, quod reliquum fuerit reddituum,

in pauperum & Eccleſiæ parochiali
tilitatem impendant; ùt in libris p
cis S. Congregationis ad ſeſ. 24.
adnotatum reperitur.

207. Sicubi verò vel in Eccleſi
cularibus, vel in ipſiſmet Convent
quibus cura animarum incumbit,
Regulari diſpenſatum fuerit, u
exerceat, talis quantumvìs exemp
omnibus ad dictam curam pertin
bus ſubjacet jurisdictioni, viſita
& correctioni Epiſcopi Diœceſan

## Caput III.

## De expoſitione publica SS. Euchariſtiæ.

208. *Simplex ſacerdos, ſeclusâ neceſſita habet facultatem miniſtrandi fideli charistiam.*

209. *Religioſis non licet exponere ſolem SS Euchariſtiam, nisi de conſenſu missu Epiſcopi.*

208. Simplex ſacerdos ex vi pote ordinis, ſeclusâ neceſſitate ha

habet facultatem miniſtrandi fidelibus, ſed conſecrandi tantùm verum Chriſti Corpus, niſì accedente tacitâ vel interpretativâ ſaltem licentiâ eorum, quibus ex officio, ùt Paſtoribus; vel ex privilegio, ùt Religioſis in propriis Eccleſiis, incumbit hoc munus.

209 Major difficultas eſt *an Regulares in ſuis Eccleſiis ſinè ſpeciali Epiſcopi localis licentia, exponere poſſint SS. Euchariſtiæ Sacramentum à fidelibus adorandum?* quæ per diſtinctionem in publicis Decretis fundatam ita diſpeſcitur, ut juxta Decretum S. Congregationis die 7. *Septembris* 1598. id liceat quandoque aperto ſolùm oſtiolo Tabernaculi, vel in pixide velata; non autem in ſolemnitate ſinè ordinarii licentia, prout eadem declaravit apud Gavantum 26. *Februarii* 1628. Quod poſterius multò magìs obtinet in expoſitione facienda à Confratribus in ſuis Oratoriis, aut Eccleſiis pro 40. horis, juxta reſolutionem S. Congregationis

Epiſcoporum & Regularium 20 [illegible]
1601. apud eundem.

CAPUT IV.

## De Oratoriis privatis.

210. *Origo, improbatio, ac modificati[illegible] lorum domeſticorum.*
211. *Quid excipi ſoleat in conceſſione [illegible] rii privati.*
212. *Epiſcopi procul ab Vrbe remoti [illegible] dum ex cauſa concedunt.*
213. *Soli Epiſcopi hodie ubique uti p[illegible] tari portatili.*
214. *Quæ dicantur oratoria publica?*
215. *Speciale privilegium Ieſuitarum*

210 SAcellorum Domeſtico[illegible] alia videtur origo fuiſſe, [illegible] vanitas, indevotio, negligentia, [illegible] bertinitas cultum Divinum inſti[illegible] pro commoditate ſua proprioque [illegible] trio: quod enim de infirmis aut de[illegible] pitis obtenditur, laudabiliùs omi[illegible] dum eſt, quàm cum tanto honori [illegible] vini præjudicio concedendum, tu[illegible]

indignitatem loci ſubinde, tum ob irreverentias, tum ob ſcandala, tum ob indecentem ſubjectionem miniſtrorum Eccleſiæ, tum denique ob detentionem perſonarum complurium ab inſtructionibus ad ſalutem neceſſariis &c. ob quas & ſimiles cauſas non tantùm jam olim à SS. Pontificibus, & Conciliis Agathenſi, Turonenſi, Aquisgranenſi &c. talium oratoriorũ erectio vel graviter improbata, vel cum certis duntaxat conditionibus atque cautelis conceſſa; ſed etiam noviſſimè à S. C. Trid *l. ſupra cit.* Decretum fuit, *ne Ordinarii locorum patiantur in privatis domibus, atque omnino extra Eccleſiam & ad Divinum tantùm cultum dedicata oratoria ab iisdem Ordinariis deſignanda & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſæcularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi.*

211. Circa quæ verba inprimis notandum eſt, talem in oratorio privato celebrandi facultatem, urgentiſſima de cauſa, concedi, *ſalvo interim jure Parochia*

*chialis Eccleſiæ* non modò quoad d
mas, primitias, & alias oblationes
etiam quoad miniſtrationem ſacram
torum Baptiſmi, Euchariſtiæ prop
cepto Paſchatis, & per modum Vi
ſolennizationem matrimonii, i
peliendi, portionem Canonicam
tum extra dies Paſchatis, Natalis D
ni, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Pen
ſtes, Corporis Chriſti, omnium
Annuntiationis & Aſſumptionis
V. Natalis S. Joannis Baptiſtæ, P
Eccleſiæ, Dedicationis, & ſiqui
mi dies in feſtivitatibus habentur
cluſisque perſonis in diebus obli
nis ſub privilegio non compreh
nec nisì in loco decente ac remo
omni uſu profano, ita ut nec Sup
pars ejusdem Domûs Oratorio c
ſpondens à quoquam occupetur,
næve aut nocturnæ hominum co
ſationi deſerviat: ac proinde lo
Commiſſariis Epiſcopalibus acc
luſtrabitur ante actualem ejusdem

Oratorio deſignationẽ & approbationẽ: item an Altare & paramenta facta ſint juxta formam & normam præſcriptam.

212. Deinde, licèt Epiſcoporum poteſtas hoc Decreto reſtricta, & à c. *Miſſarum. 12 de conſecr. diſt. 1.* nonnihil receſſum fuerit, quò minùs alicui nunc ordinariè, ſinè gravi cauſa neceſſitatis, facultatem hujusmodi, imò in locis Romæ vicinis ne quidem ob infirmitatem pro viatico, concedere poſſint: occurrente tamen caſu neceſſitatis in regionibus ab Urbe remotis hodiedum diſpenſant, obſervatis præcautionibus ſupradictis *n. 211.* ita tamen, ut una tantùm miſſa ſingulis diebus, exceptis ſolemnioribus ſuprà expreſſis, quibus ne unam quidem dicere licet, celebrari poſſit, nec altera ſuperaddi, quamvìs etiam principalis Dominus primæ miſſæ non interfuerit: & quin benedicantur, aut immunitatis privilegio gaudeant, vel ſubjaceant violationi.

213. Quod autem Religioſis quibusdam, ex indulto Sixti IV. Alexandri VI.

aliorumque SS. Pontificum, lice
ſeritur, ut non ſolùm in oratoriis,
quocunque alio loco congruente,
honeſto, ſuper altari portatili Miſſa
lebrare poſſint: locum non habe
tempora S. Concilii Tridentini,
poſteà de novo tale privilegium
poſtolica Sede iisdem conceſſum,
ordinariis locorum recognitum
adeò quidem ut ſoli Epiſcopi ho
quocunque loco tuto ac honeſto
re poſſint altare viaticum, & in c
brare, ac facere celebrari c. *fin.*
*vil. in 6.* privilegio eorum, jux
ſionem in cauſa *Lombardia* 17.
1630. factam, per cit. S.C. Trid.
tum nullatenus imminuto: *cum*
*ſa non deceat Epiſcopos tranſire*
*rationabili cauſa ullam diem* cit.

214. Et quoniam S.C. Trid.
ſolùm Epiſcopis prohibet ne pe
tant, ut celebretur in locis extra E
ſiam, & extra Oratoria ad Div
cultum tantùm dicata: patet, ab

conceſsi poſſe licentiam, etiam in locis Romæ propinquis, ut celebretur in oratoriis publicis, ſeu ad Divinum tantùm cultum dedicatis, dummodo non ſint in privatis domibus, quia tunc juxta complures declarationes S. Congregationis Concilii, cenſentur privata tantùm, niſi habeant oſtium immediatè reſpondens viæ publicæ, & in ea nullus aditus, aut proſpectus ex privatis ædibus pateat.

215. At ſi Oratoria Divino cultui tantùm dedicata extiterint in Monaſteriis Ordinariâ vel Apoſtolicâ authoritate fundatis, certum eſt fratribus Prædicatoribus & Minoribus permitti poſſe ab Ordinario loci, ubi tamen ea priùs viſitaverit, cultuique Divino apta repererit, ut in iisdem ſuper Altari fixo, minimè verò in Altari portatili, celebrent. Secùs eſt de Jeſuitis, quibus à Gregorio XIII. indultum fuiſſe dicitur, ut ſinè alia Epiſcopi approbatione, in illorum domibus in oratoriis à Provinciali appro-

batis

GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

batis celebrare liceat tum aliis ſacer-
tibus, tum ipſiſmet Jeſuitis.

## Caput V.

## De celebratione miſſæ co Epiſcopo.

216. *Facienda à Sacerdote celebratur Epiſcopo usque ad Evangelium.*

217. *Epiſcopus ejus Diœceſis, in qua r gitur, à quolibet expreſsè nomina Canone; minimè verò Generalis.*

218. *Quomodo danda ſit Pax poſt Agn*

219. *De benedictione, & receſſu ab A*

216 SI Epiſcopus loci adſtiter ficio Miſſæ, celebrans Regularis erit, diſpoſito calice in libroque aperto, ad infimum gra cornu Evangelii expectare ſign choandi, quo dato, factâ primò natione profundâ Epiſcopo, qu gandæ licentiæ causâ, debitam reverentiam exhibet, & aliquan converſus ad illud faciendo co nem; ad verba *Tibi Pater*, & *Te*

coram Epiſcopo Caput humiliter, ùt ante miſſam, demittit; ac dicto *Oremus*, profundâ reverentiâ Epiſcopo rurſum delatâ, ante infimum Altaris gradum accedens, inter conſcendendum recitat *Aufer à nobis &c.* & ſolito ritu miſſam proſequitur usque ad Evangelium: quo finito, immediatè pòſt, ſi legendum ſit Symbolum; vel ſi dicendum non ſit, lecto offertorio, Miſſale defertur ad Epiſcopum à miniſtro non ſe inclinante, niſi poſtquàm Epiſcopus illud oſculatus, & ipſum clauſum fuerit. Ipſe verò celebrans nec librum deoſculatur nec dicit *Per Evangelica &c.*

217. In Canone, non ſolùm præſente Epiſcopo, ſed ubilibet per totam Diœceſin à quibusque Sacerdotibus, etiam prorſus extraneis, celebrantibus ſpecificè exprimendum eſt nomen Epiſcopi Diœceſani, quod absque læſione charitatis & temeritatis nota neutiquam omitti; ſed nec in Ejus locum nomen Generalis ordinis citra mortale peccatum

ſub-

ſubſtitui poeeſt, ùt multoties dec
tum, & à S. Congregatjone Ritum
*Novembris* 1615. apud Gavantum
os reconfirmatum fuit, neque m
dum, cùm Sacerdos nomine totiu
puli offerat, ac proinde adſtanti
piſcopus nominandus ſit: eo ſolùm
ùt Hippolytus Tonellius putat, ex
quo ſacerdos in aliena Diœceſi
proprio Epiſcopo in Ejusdem or
privato, præſente ſolâ familiâ, ce
quo vult nominandum eſſe pro
Epiſcopum, cùm tunc idem ſit, a
ret in ſua Diœceſi. *Sacr. Enchi*
*Tit. 14. n. 9.*

218. Cæteris deinde juxta ru
Miſſalis ex ordine peractis, dat
*Agnus DEI.* Pax cum inſtrumen
lum coloris paramentorum in
brio appenſum habente, quod
ſter ad dexteram Celebrantis ge
ctens dexterâ elevatum tenet ſupr
tare, donec ſecretò dicatur orati
*mine JESU Chriſte*: quâ comple

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deoſculatione altaris per celebrantem factâ, miniſter flexis adhuc genibus, Inſtrumentum ei porrigit oſculandum, Presbyteroque dicenti *Pax tecum* Reſpondens *Et cum ſpiritu tuo*: factâ Sacramento genuflexione deſcendit ad Epiſcopum, ante quem nullâ inclinatione præmiſsâ conſiſtens, Inſtrumentum in loco deoſculando, manu ſiniſtrâ leviter priùs abſtergit velo pendente è manubrio, illudque oſculandum porrigens, ait: *Pax tecum*. factâque tunc primùm Epiſcopo reverentiâ, ſi plures ſint, eodem ordine aliis etiam offert; ac tandem in cornu Epiſtolæ ſuper Altare reponit.

219. Benedictionem in fine miſſæ daturus, Capite priùs pro obtinenda benedicendi licentia erga Epiſcopum profundè inclinato, adſtantes ex ea parte, in qua non eſt Epiſcopus, benedicit; finitoque Evangelio cum reverentia ſe ultimò ad Epiſcopum adſtantem demiſsè convertens, modeſtè recedit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput VI.

### De prohibitione Epiſcopal
### Regulares in Eccleſiis ſuis, abſq;
### tia Epiſcopali, Sacerdotes extran
### lióſve celebrare prohibitos, ad
### lebrandum admittant.

220. *Ad celebrandas miſſas admitti*
*bent ignoti.*

220. EPiſcopus Ordinarius R
Egularibus non tantùm
hibere poteſt; ſed debet, ad e
ſacrilegas fraudes ſæpiùs com
das, ſiquique paſſim, non viſi
Epiſcopo vel Ejuſdem Vicari
mendatitiis, admiſſi fuerint a
officia celebranda. Quapropt
lantiores Epiſcopi ordinare ſole
ſingulis etiam Regularium ex
rum Sacriſtiis Epiſcopale ma
prohibitorium cum inſertione
rum tum adverſùs celebrantem
contra ſacriſtas aut præfectos E

rum quantumlibet exemptarum aliquem absque licentia admittentes publicè affigatur. Quem morem Barboſa in collectaneis ad S. C. Trid. *ſeſ. 23. Refor. c. 16. n. 10.* laudatum refert in *Neapolitanæ, 17. Aug. 1630.* & Celſitudo ſua in utraque diœceſi intoduxit.

## CAPUT VII.

## De Proceſſionibus & precibus publicis.

221. *Quæ ſint litaniæ majores.*
222. *Quæ dicantur proceſſiones publicæ.*
223. *Exempti ad proceſſiones accedere tenentur, certis quibusdam exceptis.*
224. *Non valet hic communicatio privilegiorum.*
225. *Epiſcopus adverſus Regulares inobedientes procedere poteſt ad cenſuras.*
226. *De precibus 40. horarum.*
227. *De proceſſionibus ipſorummet Religioſorum.*

221. PRoceſſiones publicæ ſunt, quæ vel fiunt in litaniis majoribus, quarum tres ſunt in Jure (1.) *S. Marci* à S. Gregorio I. *lib. 2. Regiſt.* primùm ad

GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad S. Petrum indictæ (2.) *Rogati*
quæ jam tempore S. Mamerti Ep
Viennenſis circa A. C. 452. im
S. Auguſtinum, ùt non obſcurè c
tur ex Ejusdem *ſerm.* 173. *de temp.*
*gilia Aſcen.* in uſu fuerunt (3.) (
*Chriſti* ab Urbano IV. ad inſtan
Thomæ Aquinatis, loco Archi
patûs Neapolitani ſibi ab hoc Pap
ti, inſtitutionẽ ſolemnem hujus
nicè deſiderantis introductæ, c.
men. *de Reliq. & vener. Sanctor.*

222. Vel ſecundùm conſuet
antiquam locorum pro bono p
cleſiæ, aut pro victoria contra
reportata; ſive in adventu noviſ
ſeu aliàs ob bonum publicum E
minente peſte alióve flagello, p
petrando bono Paſtore à DEO,
in Jubilæo &c. qua in reſtatur a
Epiſcopi, quæ ſint iſtæ proceſſio
magna cauſa, vel pro bono publi
dicendæ, requiſito ad id ſolùm C
ſui conſilio, minimè verò conſenſu
C

Con
1628
2
ſion
quà
edic
cati
pro
tùm
ra p
*Reg*
liare
V. a
cant
ſtit.
legi
con
*mar*
mat
dum
ceſſi
cos
tum

Congr. Rituum *in Elborenſi* 28. *Martii* 1628. reſolutum fuiſſe teſtatur Aldanus.

223. Ad publicas ejusmodi proceſſiones exempti omnes tam Clerici, quàm Regulares, etiam Monachi, per edictum ſaltem ad extraordinarias vocati, interpellante quoad ordinarias die pro homine, tenentur accedere: iis tantùm exceptis, qui ſubſtrictiore clauſura perpetuò vivunt S. C. *Trid. ſeſ.* 25. *Regular.* c. 13. aut ultra dimidium milliare diſtant à civitate *conſtit.* 41. *B. Pii* V. aut ſtudiis tantùm & lectionibus vacant, ùt idem B. Pius V. loquitur conſtit. *Etſi Mendicantium*. quale privilegium etiam PP. Theatinis à Pio IV. conceſſum, & à B. Pio V. Conſtit. *Immarceſcibilem*. Idib. *Febr.* 1567. confirmatum fuit.

224. Qua in re ſpeciatim notandum eſt, ne ſolemnes ejusmodi proceſſiones reducerentur ad ſolos Clericos & confraternitates, ſingulariter cautum eſſe, quò minùs in hac materia lo-

 cus

GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cus ſit communicationi privilegi[orum]
utpote nimium quantum hic od[ioſa]
maximè ſi proceſſiones ob neceſſi[tatem]
publicam fiant, cùm rogare Deum [pro]
ſalute Populi tam exemptis, quàm [non]
exemptis incumbat: quo argumen[to Se]
reniſſima Reſpublica Veneta [hodie]
dum utitur, mutato nonnihil p[rivile]
giorum à S. Sede uni vel alteri R[egula]
ni conceſſorum tenore.

225. At ſi Regulares vocati, [nulla]
ſpecialis privilegii munimine ful[ti, no]
lent ad publicas proceſſiones [ab Epi]
ſcopo indictas accedere: S. C. [Conc.]
*cit.* cenſuit, illos ab eodem [cogi]
poſſe, etiam per cenſuras, ùt ag[noſcit]
Congregatio Rituum *in Ferrar[ien.]*
*Julii* 1609. & *in Toletana* 4. *Jun[ii]*
magisque declaravit Gregori[us XV.]
Conſtit. *Inſcrutabili* in qua, ut [in]
Conc. Tridentino, licèt expri[mantur]
certi caſus, ſuperiùs tamen *n.* 73. [oſten]
ſum eſt, per expreſſionem illa[rum non]
excludi eundem procedendi mod[um]

aliis caſibus, ubi ſubticentur cenſuræ: maximè cùm alias pœnas diverſimodè eludere poſſint; non autem cenſuras & propè, & procul æqualiter ferientes ac eundem effectum habentes.

226. Quæſtio ſupereſt, de precibus 40. horarum: circa quas declaravit S. Congregatio, Regulares compelli non poſſe ab ordinario loci, ut extra propria monaſteria pro earum celebratione ad Eccleſias alienas accedant; atque ſufficere, ſi toti Populo indicantur, quòd in ſuismet Eccleſiis earundem precum perſolutione fungantur.

227. Quoad proceſſiones à Regularibus ipſismet inſtituendas extra Clauſtra, conſtat ex declaratione S. Congregationis Concilii 2. *Julii.* 1620. apud Peyrinum, illos eatenus ſubeſſe Epiſcopis; ac regulariter extra monaſterii & Eccleſiæ ambitum, citra Epiſcopi vel Parochi talis diſtrictûs conſenſum, educere non poſſe proceſſiones.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput VIII.

# De Controverſiis Præcede
## Regularium.

228. *Occaſio & Iudex ejuſmodi controv rum.*

229. *Norma facilis earundem termina*

228. OCcaſione interventûs in ceſſionibus, exequiis, liis actibus publicis, ſuboriri non quam ſolebant inter Religioſos Eccleſiaſtici propter Hierarchic dinemReligioſos ſemper&ubiq dunt) controverſiæ de præced ſcandaloſiores, quò minùs h mundivanitatibusmortuos ſe ejusmodi fumum: qui ne facilè p puſillos offendere poſſet, à S. C. *ſeſ. 25. Reg. c.* 12. prudenter ord eſt, ut deinceps Epiſcopus peric ſimul & ridiculas ejusmodi lites, appellatione quoad effectum ſu vum ſemotâ, &non obſtantibus

cunque, ſummariè, ac ſinè Judicii figura componat.

229. Ubi quamvis ante Conſtitutionem Gregorianam Epiſcopis difficile fuerit, ſtantibus Religionum quarundam privilegiis, & ob controverſam earum antiquitatem, ex qua ſupponebatur deſumendam eſſe pro determinando hoc præcedentiæ ordine Regulam, differentias ex abrupto enatas confeſtim decidere: hodie tamen conſtitutio *Expoſcit.* Gregorii XIII. 15 *Julii*, 1583. definitionem facillimam reddidit, jubendo, ut attendatur vetus obſervantia loci, quæ optima regulatrix in hac materia dicitur: at ſi de conſuetudine, ſeu quaſi poſſeſſione juris præcedendi non conſtet, attendatur antiquitas receptionis ſive fundationis in ſingulis locis: ita tamen ut Fratres mendicantes ſemper & ubique monachis cedant, ac firma remaneat quoad alios actus ſingulares, non collegialiter, peragendos antiquitas vel prærogativa cujusque Religionis, juxta



GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illum ordinem, quem Prælati vel G
nerales in Pontificia Capella obſerva

## CAPUT IX.

## Quatenus ſubjiciantur Epiſco pis Regulares publicè conciona turi?

230. *Epiſcopi vel per ſe, vel per idoneos ſu tutos prædicare debent.*

231. *Prædicante Epiſcopo, aliis concio ſuperſedetur.*

232 *Quid requiratur in Regularibus co naturis in Eccleſia tum propria, tum na.*

233. *Concionatores Regulares ab Epiſc ligari poſſunt ad profeſſionem fidei, cauſis puniri.*

234. *Subterfugium quorundam Religioſ*

230. QUanta ſit Epiſcoporum o gatio ad prædicandum, S. Scriptura, tum SS. Canones & C ciliorum Decreta commonſtrant: pleri tamen ea poteſt per ſubſtitutum C. Trid. *ſeſ. 5. refor.* c. 2. exiſtente

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

timo impedimento: quale eſt ſi propter multiplices bonum Eccleſiæ ſuæ concernentes occupationes, aut defectum virium, vel hoſtiles incurſus &c. per ſeipſos miniſtrare non poſſint verbum DEI c. *Inter cætera.* 15. X. *de offi: ordi.* quo caſu aſſumendi ſunt ab ipſis viri idonei ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum, qui vitâ & converſatione ſuâ præ ſe ferant illud, quod gregi annuntiant; nec tam inventiones ſuas ad aucupandum popularem applauſum, quàm Verbum Divinum in oſtenſione ſpiritûs ac veritatis ſincerè & ex DEO proponant, ut non evacuetur crux Chriſti 1. *Corin.* I. *v.* 17.

231. Prædicante Epiſcopo, id eſt, eo tempore, quo ſive ab ipſomet Epiſcopo, ſive ab alio per Eum deputato habetur concio in Eccleſia Cathedrali, cæteri omnes, etiam Regulares in ſuis Eccleſiis, exceptis duntaxat Parochis, ſilere debent Extrav. *Inter cunctas.* 1. §. *Caveant de privil,* quorum videlicet eſt, lo-



GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quente Magiſtro, diſcere; non do[illegible]
niſi forſan aliud circa hoc Diœce[illegible]
perm tteret, vel in ſtudiis general[illegible]
prædicarent illis diebus duntaxat, [illegible]
bus ſermo ad Clerum fieri ſolet, [illegible]
lemniter prædicari ſeu in fune[illegible]
mortuorum, ſeu in ſpecialibus R[illegible]
rium feſtis, quibus caſibus conc[illegible]
poterunt cum Diœceſanis in præ[illegible]
tione.

232. Olim poterat iis etiam Pa[illegible]
impertiri licentiam concionandi [illegible]
pria Parochia: modò autem Ro[illegible]
Merlinum id ad Epiſcopum [illegible]
ſpectare reſolvit: ſi Jeſuitas exce[illegible]
quibus à Gregorio XIII. conc[illegible]
ſeritur, ut conſentiente Parocho c[illegible]
nari poſſint in quolibet loco, ubi n[illegible]
ſit Ordinarius, dummodò à ſuperi[illegible]
ſuis ad id muneris deputati ſint, &[illegible]
quo ordinario ſemel approbati. Q[illegible]
tiam ex præſumpta voluntate Epiſ[illegible]
rũ de aliis doctis & ab ordinario qu[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſemel approbatis, atque à ſuperioribus ſuis licentiam prædicandi habentibus Religioſis Parocho aliàs notis, bis vel ter per annum ſimiliter fieri poſſe videtur. Extra quos caſus, Regulares in alienis Eccleſiis concionaturi, ultra ſuperiorum ſuorum facultatem, Epiſcopi quoque licentiam ſeu ſcriptam, ſeu Verbalem habere tenentur S. C. Trid. l. *cit.* quam hic idoneo ſibi præſentato denegare non poteſt, nec approbatum ſinè rationabili cauſa à prædicatione ſuſpendere. In propriis autem Eccleſiis concionaturos, ſatìs eſt præſentare ſe perſonaliter coram Epiſcopo, &ab eodem petere benedictionem, antequam prædicare incipiant, dummodò Epiſcopus expreſsè non contradicat *ſeſ. 24. refor. c. 4.* conſtit. *Inſcrutabili*. quod temperamentum, poſt varias difficultates, à Card. Montano in Synodo Tridentina ſuggeſtum, tantò faciliùs ab Epiſcopis & Religioſis unanimi conſenſu laudatum fuit, quòd & foveret authoritatem Epi-

piſcoporum; & grave non eſſet R[e]-
laribus domi concionaturis, qu[i]-
haud diſplicet tantilla ſubmiſſio.

233. Licet inſuper Epiſcopis à R[egu]-
laribus inſtantibus pro licentia co[ncio]-
nandi exigere profeſſionem fide[i ...]
non pridem deciſum fuiſſe te[ſte ...]
DD. in *Nullius. Provinciæ Raven[natis]*
*15. Septembris* 1629. & ſiqua in re[...]
ca petitionem licentiæ aut bene[...]
nis defecerint, eoſdem punire, [...]
nis etiam Eccleſiaſticis coërcen[...]
Lateran. *ſeſ. 11.* S. C. Trid. *ſeſ.* [...]
c. 2. conſtit. *Inſcrutabili* & p[...]
Urbani VIII. in forma brevis [...]
dinalem Sandoval Epiſcopum [...]
nenſem 30. *Ianuarii* 1629. direc[...]
maximè ſi defectus ab ipſo me[...]
quentis Regulari Superiore or[...]
trahat, ad quem certè tunc fruſt[ra]
curritur, pro inobedientis, vel [...]
cauſa prædicationem tangente p[...]
Religioſi coërcitione.

234. Graviſſima controverſia[-]

*Populus ab ordinario compelli poſſit ad audiendam ſacram Concionem in Eccleſia Parochiali: quamvis etiam iisdem diebus in Monaſteriis conciones haberi ſoleant?* Dum S. Conc. Trid. cit. *ſeſ.* 24. c. 4. decernit: *moneat Epiſcopus Populum diligenter, teneri unumquemque parochia ſua intereſſe, ubi commode id poteſt, ad audiendum verbum DEI.* Qua in re ſatis deſcribi vix poteſt, quantùm ſe Regulares, & alii torqueant, ad ſenſum intentionibus ſuis congruum eliciendum. Nec mirum tantum atramenti paſſim in hac cauſa à partibus ſparſum fuiſſe, ſi ex anteriore hiſtoria recolimus, A. C. 1334. adeò ſævas inter Clerum, & Religioſos Ordines SSS. Auguſtini, Dominici, & Franciſci exarſiſſe hanc ob rem lites in Bohemia, ut ad pugnas, verbera, & ſanguinis profuſionem quandoque hinc indè proceſſerint.

235. Ego, ut ſenſus meos ſincerè depromam, aſſero ex vetere uſu Eccleſiæ

 Paro-

Parochianis incumbere, ut diebus D
minicis & feſtivis in Parochialibus
cleſiis ſuis conveniant: Quamob
ſam inter antiqua SS. PontificumD
ta S. Burckardus Wormacienſis Ep
pus ex formula Viſitationis Paroc
à S. Eutychiano Papa & Martyre
A. C. 260. condita hanc Interrog
nem 66. refert: *Eſt aliquis, qu
temptoſuo Presbytero, in aliam P
amiret ad Eccleſiam, & ibi com
caret?* Quod in Concilio Ca
nenſi I. ſub Marco P. circa A. C.
continuò deinceps ab aliis prol
ac obſervari præceptum fuit: ad
*Sacerdote* 63. *de conſecr.* diſt. 1.
Sacerdote (id eſt, *Parocho* arg. c
*cuit.* 3. *de Pœniten. diſt.* 6. & c. *om*
✠. *de pœniten. & remiſſion.*) verb
Eccleſia faciente, de auditorio e
entes incurrerint graviſſimam Ex
municationis pœnam, quæ ſemp
trinſecè culpam ſupponit. Qu
bio procul reſpexit S. Tridentina S

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dus, adhibitâ voce *Teneri*, quæ Synonyma eſt cum voce *obligari*, & præceptum importat *Clem. Exivi. 1. de* V. S. L. *Illud quæſitum.* 32. §. *Siidem*, 1. ff. *ad* L. A. ſuppoſito tamen, quòd id commodè fieri poſſit, ſive, quòd Parochianus à quolibet impedimento rationabili liber ſit, quale quidem foret, morbus, peregrinatio, infeſtatio latronum aut militum, vel qualecunque negotium tunc rationabiliter ſuſcipiendum.

236. Nec obſtat, quòd ſæpedictum S. Concilium *monendi*, non verò *compellendi* aut *Præcipiendi* voce utatur: Cùm etiam S. Paulus in materiis de præcepto non ſemel eandem *monendi* vocem uſurpaverit *Act.* 20. *v.* 31. 1. Theſſal. 5. v. 12. & ſubjecta illico vox *Teneri* ſatis obligationem Parochianorum declaret, expreſſo inſuper cit. *ſeſſ.* 5. *c.* 2. tempore, *diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus, ſibi commiſſas plebes, pro ſua & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis &c.* ut nihil ſit, quod Authores



GI 36

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

res genuinum & evidentem S. T
Concilii ſenſum propriâ authori
contra claram Pii IV. prohibitio
ad aliud, quàm ipſa littera ſonat, d
quentes excuſet. Nam quod no
mo de indulgentiis conceſſis à S.
iis, qui conciones Regularium
rundem Eccleſiis audiunt, ſugger
auditione per modum ſupererog
nis, impletâ videl. obligatione a
di concionem parochialem; vel
quæ fit, ſi rationabili de cauſa Par
lis audiri non potuit, intelligend
ne privilegiorum uſus diſciplin
ſanctiſſimas univerſalis Eccleſ
ctiones enervet; ac, quæ gravi
Caniſii ad illud Evangelii *Ego ſu*
*ſtor bonus*: animadverſio fuit, c
muni Paſtorum neglectu, omniu
lorum, hæreſum, atque ſchiſmatu
& fomes procedat.

237. Quia verò ex Confrater
bus res hæc potiſſimùm oritur, a
ſcopis & Parochis monendus eſt

lis, minimè ipſum propterea ab univerſali Eccleſiæ præcepto de audienda concione Parochiali, cui æquiparatur ea, quæ in Cathedrali haberi ſolet, exolvi. Et quoniam Regulares nonnunquam, ad ſubterfugiendam petitionem benedictionis aut licentiæ Epiſcopalis, ſub prætextu ſimplicis cujusdam Devotionis, E.G. recitationis Roſarii, aſſumptâ occaſione inſinuandi Confr tribus modum ſatisfaciendi muneri ſibi per ingreſſum ejusmodi pii Cœtûs ſuſcepto, veras conciones efformant: meritò id illis per ordinarios prohiberi debet ac ſolet, niſi conditiones à S. C. Tridentino prærequiſitas, n. 232. adductas obſervent.

## CAPUT X.

## Hiſtoria Conſtitutionis: *Inſcrutabili.* cum adjectis Ejusdem Declarationibus, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus ſubſecutis.

238. *Origo Conſtitutionis*: Inſcrutabili.

239. *Hæc conſtitutio de juſſu & nomi[...]
*pæ concepta.*
240. *Ejus tenor.*
241. *Irritus contra eandem Religi[...]
*conatus.*
242. D*ubia adverſus eam mota.*
243. *Reſolutio dubiorum.*
244. *Vrbani VIII. Conſtitutio:* cum
accepimus.
245. *Innocentii X. Conſtitutio:* cum
accepimus: *in cauſa Epiſcopi Ang[...]
*tani, & Religioſorum* Soc. IESV.

238. DElatâ ad S. Congregati[...] Concilii à Cardinali E[...]po Gyennenſi querelâ adversùs [...]dam Exemptos ordinum mili[...] delinquentium in iis, quæ func[...] Parochiales concernunt, delibe[...] fuit, an non expediret ultra Decre[...] C. Tridentini, per generalē conſt[...]onem declarari, Epiſcopis comp[...] facultatem coërcendi exemptos Eccleſiaſticos, quàm Regulares in dictis caſibus quomodolibet d[...]quentes. Cui cùm acceſſiſſet i[...]

Congregatione Regularium alia deliberatio de remediis abuſuum circa Monaſteria monialium Regularibus ſubjectarum, Cardinalis Ubaldinus utriusque Congregationis tunc inſigne membrum, ad evitandam Legum multiplicitatem, propoſuit è re ſibi videri, ut in præfata Congregatione Concilii ſimul ageretur de neceſſaria proviſione quoad monaſteria monialium, & hoc caput etiam inſereretur Conſtitutioni prædictæ quod reliqui omnes approbârunt.

*239.* Quare poſt h bitam ſeſſionem in S. Congregatione Concilii die 17. *Decembris* 1622. cùm Patres de punctis evulgandæ Conſtitutionis conveniſſent; ſedensque tunc Pontifex Gregorius XV. omnibus annuiſſet, minuta Bullæ ſequentis confecta, & à ſanctitate ſua approbata fuit.

GRE-

# GREGORIUS Epiſco

Servus Servorum DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

240\. I*Nſcrutabili DEI Provi*
*univerſalis Eccleſiæ regim*
"ritis licèt imparibus, præſidente
"ſtoralis noſtræ ſollicitudinis pa
"dignoſcimus, in eam curam p
"incumbere, ut à dignis, & prob
"tùm Sacerdotibus ſanctè a
"ſtrentur Eccleſiaſtica Sacram
"que ut virginum DEO ſacran
"naſteria diligentiſſimè cuſto
"& Viri aſſumantur idonei ad
"tionis officium ſalubriter
"dum.

§. I. *Sanè Tridentina Syno*
"tis providè cautum eſt, nullu
"byterum etiam Regularem
"Confeſſiones ſæcularium, eti
"cerdorum, audire, nec ad idid
"reputari, niſi aut parochiale b

um habeat, aut ab Epiſcopis, per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

§. 2. *Nec non ut in monaſterijs, ſeu* domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum monaſteriorũ, ſeu locorum familia perſonæ; tam regulares, quàm ſæculares ejusmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, jurisdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus diœceſi ſunt ſita, Itemque ut Epiſcopi univerſi, ſub obteſtatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis ordinariâ; in aliis vero Sedis Apoſtolicæ authoritate clauſuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi inviolata eſt, conſervari

maxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

"maximè procurent; inobedi
"atque contradictores per cenſu
"cleſiaſticas, aliasque pœnas, q
"que appellatione poſtpoſita, co
"centes.

§. 3. *Atq; ut Regulares in E*
"ſuorum ordinum prædicare v
"ſe coram Epiſcopis præſentar
"eis benedictionem petere ten
"in Eccleſiis verò, quæ ſuorum
"num non ſunt, nullo modo p
"poſſint ſinè Epiſcopi Licenti
"tradicente autem Epiſcopo,
"etiam in ſuorum ordinum E
"prædicare præſumant.

§. 4. *Verùm quia experim*
"pertum eſt, Eccleſiaſtici R
"rationes poſtulare, ut decre
"modi aliquid adjungatur: m
"liberatione noſtrâ, & ex certa
"ac de Apoſtolicæ poteſtatis
"dine, hâc generali, ac perpetu
"râ Conſtitutione decernimus
"mus, & declaramus, ut deinc

"regulares, quàm ſæculares quomodo-
"libet exempti, ſive animarum curam
"perſonarum ſæcularium monaſteriis,
"ſeu domibus regularibus, aut quibus-
"vis aliis Eccleſiis, vel beneficiis ſive
"Regularibus ſive ſæcularibus incum-
"bentem exerceant; ſive aliàs Eccleſi-
"aſtica Sacramenta, aut unum ex illis
"miniſtrent præviâ Epiſcopi licentiâ &
"approbatione, ſive quoquomodo in
"dictæ curæ exercitio, aut in eorundem
"Sacramentorum vel alicujus ex illis
"adminiſtratione de facto abſque ulla
"auctoritate ſe ingerant: in his, quæ
"ejusmodi curam, ſeu adminiſtratio-
"nem concernunt, omnimodæ jurisdi-
"ctioni, viſitationi, & correctioni diœ-
"ceſani Epiſcopi, tanquam Sedis Apo-
"ſtolicæ delegati, plenè in omnibus
"ſubjiciantur. Ad hæc tam Regula-
"res, quàm ſæculares hujusmodi
"nullis privilegiis, aut exemptionibus
"tueri ſe poſſint, quò minùs, ſi delique-
"rint circa perſonas intra ſepta degen-
tes,

G1 36

"tes,aut circa clauſuram, vel ci
"norum adminiſtrationem Mo
"orum Monialium, etiam regu
"ſubjectarum,ab Epiſcopo loci
"ter tanquam ad hoc Sedis Apo
"delegato,quoties,& quandoe
"rit,puniri, & corrigi valeant.

§. 5. *Confeſſores verò ſive Re*
"ſive ſæculares quomodocu
"xempti, tam Ordinarii,quàm
"ordinarii, ad Confeſſiones M
"um, etiam Regularibus ſubje
"audiendas nullatenus deputar
"niſì priùs ab Epiſcopo Diœ
"donei judicentur, & approb
"quæ gratìs concedatur,obtin
"& adminiſtrantes bona ad e
"Monaſteria Sanctimonialium
"fertur, etiam Regularibus ſu
"rum,pertinentia, ſive Regula
"terint,ſive ſæculares, quomo
"exempti, Epiſcopo loci, admi
"iam Superioribus regularibus,
"annis rationes adminiſtrationi

“tamen exigendas , reddere teneantur,
“ad idque juris remediis cogi, & com-
“pelli queant. Liceatque Epiſcopo,
“ex rationabili cauſa Superiores regu-
“lares admonere, ut ejusmodi Confeſ-
“ſores, atque Adminiſtratores amove-
“ant; iisque ſuperioribus id facere de-
“trectantibus, aut negligentibus, habe-
“at Epiſcopus facultatem prædictos
“confeſſores, & Adminiſtratores amo-
“vendi quoties, & quando opus eſſe ju-
“dicaverit. Ac ſimiliter poſſit Epiſco-
